

8. (Reg. 1330.)

Karoli Magni de uinna in Reno ad Gotenouua.¹⁾

Bl. 3^v.
Karolus gratia dei Francorum et Longobardorum, ac patritius Romanorum. Si petitionibus sacerdotum uel servorum dei, libenti animo obaudimus, hoc nobis ad mercedem uel stabilitatem regni nostri in dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter nos propter nomen domini, et animę nostrę salutem, concessimus ad monasterium quod est constructum in honore sancti Nazarii, uel ceterorum sanctorum, in loco nuncupante^{a)} Lauresham, ubi ipse preciosus d(omi)nus et sanctus Nazarius in^{b)} corpore requiescit, et uenerabilis uir Gundelandus abba rector preesse uidetur, concessumque in perpetuum esse uolumus, id est infra fine^{c)} *Hohstat*^{d)}, in loco cognominante^{e)} *Godenowa*²⁾, in fluuio *Rheno*, ut ipse abba, vel ipsi fratres licentiam habeant, [ad uinnam faciendum]^{f)}, uel ad piscandum, pro oportunitate ipsius ecclēsie, uel stipendio ipsorum fratrum. Et ideo concedimus ad eundem sanctum locum, ut de silua quę ad ipsam uillam aspicit, quę fructuosa³⁾ nullatenus esse uidetur, ipsam uinnam faciendi uel emendandi potestatem habeant, in quantum eis opus fuerit prendere uel capulare. Similiter concedimus ad prefatum monasterium in alia marcha quę ad *Virnheim* pertinet de *pago lobodense* usque ad^{g)} fluuium *Wisgoz*, qualiter uiam integram ad carracandum siue itinerandum habere debeant, et super ipsum fluuium in^{h)} contra ipsam uiam [pontem]ⁱ⁾ faciendum tam super fluuium *Wisgoz*, quam et super illos^{k)} lacus. Ista omnia uero^{l)} sicut superius insertum est, tam de uinna, quam et silua, siue de uia, [etiam et ponte]^{m)} ad iam dictam casam dei pro mercedis nostrę augmento donauimus, concessimus, atque in omnibus in perpetuum indultum esse uolumus, quatinus nostris et futuris temporibus ad ipsum sanctum locum proficiat in augmentis, et ut melius delectat ipsam congregationem pro nobis, et uxore nostra, etiam et prole, domini misericordiam adtentius exorare. Et ut hec auctoritas firmior habeatur, ac per tempora melius conseruetur, manu propria subter firmauimus, et de anulo nostro sigillari

a) überschrieben [nuncup]ato. — b) in überschrieben.

c) Rinem; im 16. Jh. zu Finem verb. — d) h überschrieben.

e) überschrieben [cognomina]to.

f) Auf Rasur von 4, 5 cm am Ende und Anfang der Zeile. Das getilgte ad und faciendum teilw. noch zu erkennen; uinnam (Kürzungsstrich für m noch sichtbar) ergibt sich aus dem folg. ipsam v., die also schon genannt war, und aus der Bestätigung in nr. 18: uinnam ad piscandum faciendam.

g) ad überschrieben. — h) in durch Punkt getilgt.

i) Die Hd. des 16. Jh. verbessert ponte; unter der Rasur po(nte)m deutlich erkennbar.

k) überschrieben alios. — l) uero durch Punkt getilgt.

m) In einer Rasur von 2,7 cm mit Spuren des getilgten etiam et ponte. Ungenau Dipl. Kar. nr. 114: super pontem oder et de ponte. Die Hd. des 16. Jh. bemerkt am Rande: Quod deletum est; fuit scriptum et sic debet etiam corrigi: sive de uia super pontem ad iam dictam casam.

8] ¹⁾ Abschrift: Hofbibl. Wien Hs. 9031 (um 1550), Bl. 39 im Auszug, der die radierten Stellen übergeht. Drucke: M. G., Dipl. Kar. I, 114. Regeste: Sickel, Acta Kar. II, 34, nr. 61. Mannheimer Gesch.-Bil. 1902, 4. Mühlbacher, Reg.³ nr. 209. Erwähnt im Totenbuch zum 28. I., s. K. 17 Anm. 5. Der Versuch, insbesondere die Brücke aus dem Texte zu entfernen, hängt sicher mit den zahlreichen Grenzstreitigkeiten zwischen Lorsch (Mainz) und Kurpfalz zusammen.

²⁾ Wüstung Hohenstadt am alten Hochufer des Rheins zwischen Mannheim und Sandhofen. (Unsicher auf die Gegend von Lampertheim Wagner, Wüstungen in Starkenburg 236.) Godenowa unbekannte Rheinau, die beim Wechsel des Flußbetts verschwunden ist. Unbeweisbare Deutung auf Unter- oder Alte Mühlau beim Gutemannsgraben, Mannh. Gesch.-Bil. 1902, 4.

³⁾ Soll damit gesagt sein, daß sich keine Eichen und Buchen darin finden? Der Forst ist ein Teil des Forehahi, des Föhrenwaldes.